



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. De ve[n]ditione Primogenituræ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Disputat enim Paulus causam Electionis esse non merita, non primogenituram aut ullas carnales prerogativas, sed solam DE I misericordiam propter Filium fide apprehensum.

Hæc natiua sententia Pauli, sumpta ex perpetua & dextra collatione omnium membrorum in Pauli scriptis, quæ utilis est ad salutarem conscientie consolationem retineatur, nec Sophisticæ & calumniose singula uerba contra hanc mentem Pauli urgeantur.

*IIII. Locus.*

*DE VENDITIONE  
Primogenituræ.*

Magnum Priuilegium fuit Primogenituræ Ecclesia patrum. Habebant enim ius Sacerdotij & Regni seu gubernationis in familia paterna, ut Genes. 49. dicitur, Ruben primogenitus, prior in Sacerficijs, maior in imperio. Præterea habebant prerogatiuam præ ceteris fratribus in diuisione hereditatis. Deut. 21. Dabit ei de cunctis, quæ habebit, dupplicia, iste est enim principium liberorum eius.

ius primogeniturae, Esau uendens polenta, imago est  
maximae partis hominum, quae praesentis uitae bre-  
uia et fugacia bona, ut uoluptates, diuitias, honores,  
pluris facit, quam doctrinam Euangelij et patrimo-  
nium aeternae uitae. Tales uerius permutant χαλ-  
ναα, χρυσείωρ ἐνατόμοισι ἀνεαθοίωρ, quam  
Glaucus apud Homerum. ιλ. 3.

## NOMINA PROPRIA XXV. CAPITIS.

Cethura קטורה Keturah thymiama, incensum à  
קטיר Kitter. Ebraei disputant esse cognomen  
Agar ancillae & concubinae Abrahae.

Filij Cethurae, à quibus alij Troglody-  
tyten & Arabiam Felicem, alij Indig  
regiones occupatas scribunt.

Zamran זמרן Zimran, Cantor, Musicus.

Iakhsan יקשן Iakhsan, indurabit, à קשה kascha.

Madan מדן Medan, à iudicio, uel modius.

Madian מדין Midian, modius, mensura, à מדר

Madad, uel de iudicio, à דן Dan. Ab hoc orti  
sunt Madianite, quos Gedeon profligauit. iud. 7.

Ishboch ישבך Ishbak, laudabit, laus.

SuaH שואח SuaH, Orator, uel inclinans se ad oran-  
dum.

Filij

*Fily Iechsan.*

Saba שבא Seba, sedes, Iaschab.

Dadan דדן Dedan, dilectus, diligens eos.

*Fily Dadan.*

Assurim אשורים beati.

Latusim לטושים Letuschim, polientes m  
talla.

Laomim לאמים populi.

*Fily Madian.*

Epha עיפה Ephah, tenebrae, caligo.

Apher עפר Epher, puluerulentus.

Enoch חנוך Hanoch, dedicatus.

Abida אבירע pater scientiae.

Heldaa עלרעה Eldaah, Deus sciuit.

*Fily Hismael.*Nabaioth נביות Nabaioth, Prophetia, אבנא  
ba. Ab hoc Nabathæa regio dicitur à mari Ro  
bro usq; ad Euphratem.

Cedar קדר Kedar, pullatus, tenebrae, nigredo.

Abdehel אדבאל Adbeel, nubes Dei, ab אד  
bes, uel perditus per Deum, ab אד Ed, per  
tio, interitus.Mabsam מבשם Mibschan, aroma, suavis, odor  
בשם.

Mafma מִשְׁמָע Mischma, fama, auditus.

Duma דוּמָה Dumah, tace.

Mafa מִשָּׂא onus. Ex bis tribus nominibus componunt Hebraei prouerbium, Maschma, Veduma, VeMafa, hoc est, Audi, & Tace, & Feras.

Adad אֲדָד Hadar, triclinium.

Thema, תִּמְאָה admirabilis, à תְּמָה Thamah.

Lichur לִיְטוּר Ietur, columna.

Naphis נַפִּישׁ uiuificans, à נֶפֶשׁ Nephesch, anima, spiritus.

Cedma כִּדְמוּה Cedmah, uersus Orientem.

Coram cunctis fratribus suis obiit ) Ieronymus in Questionibus Ebraicis refert, fratres pro filijs usurpari, & hoc dici, Ismaelem superstibus adhuc & presentibus liberis omnibus obiisse.

Seir שַׁעִיר Sair, hispidus, pilosus.

### Fily Isaac.

Efau עֵשָׂו operarius eius.

Iacob יַעֲקֹב Iacob, supplantator, ab עֵקֶב Ekeb, planta.

Edom אֶדוֹם rufus, rubens, ab אֶדָם.